



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118332

§. 116. Patrum Senatus de gratiis expectativis, & beneficiorum commendis

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV.
A.C. 1564.

§. CXVI.

*Patrum Senatus de gratiis expectati-
vis, & Beneficiorum commendis.*

Mense Septembri ad finem vergente summus Pontifex habitu Romæ Patrum Senatu de gratiis, quas *expectativas* appellant, agere cœpit, proposuitque, an rejiciendæ, vel concedendæ essent? Non eadem omnium erat opinio, tandem vero in Joannis Carvajali Cardinalis sententiam itum est, qui asserebat, diu laborasse Sedem Apostolicam, donec impetrare posset, ut paterentur Ordinarii ejusmodi gratias in suis Dioecesibus introduci, proin hancce prærogativam omnino negligendam non esse: subjunxit tamen, hujus rei decisionem per menses aliquot differendam esse, donec novi Pontificis electio cunctis Nationibus innotesceret. Proximo autem Patrum Senatu, qui altera post Pauli II. inaugurationem die habebatur, Cardinalis Ostiensis retulit, quod Episcopus quidam post puram & simplicem cessionem Abbatis fiduciariam possessionem celebris

*Masson. hist. cujusdam Monasterii in Galliis sibi con-
Franc. l. 4. in cedi petierit, ejus tamen postulatis Car-
Ludov. IX. vajalus acriter obstiterit, ajebat enim:
& de Rom. Episcop. l. 6. Vereor, Beatissime Pater, ne propediem au-
in Paul. II. diamus omnia Galliarum Cœnobia comen-
data*

data esse; ita quicquid ibi a nobis decerni. Secul. XV.
 tur, commendatio est. Surget nobis non A. C. 1464.
 expectantibus aliquando Regnum istud in nos,
 ferre ultra non valens inutile ministerium Maffion hist.
 nostrum. Paulus Pontifex Cardinalis Franc 1.4 in
 sententiam approbans addidit, credere se Ludov. IX.
 a Pontificatu Calisti usque in præsentem diem Episc. lib. 69 de Rom.
 amplius quam quingenta monasteria esse in Paul. II.
 jam commendata, atque ideo timere se, ne
 corruptela hec in grave scandalum Ecclesias
 erumperet. Papiensis Cardinalis cuncta
 ista facta retulit, ac sententiam Carvaja-
 li Cardinalis laudans inquit: digna fuit
 sententia non solum Viro Deum timente, sed
 summæ sapientiae Cardinale, qui attendit,
 quod commendandorum ab initio cœnobio-
 rum non ea fuerit ratio Patribus nostris, ut
 saginandis Ecclesiasticis illa darentur, sed ut
 fide & studio alicujus ea, quæ occupata a
 sœcularibus essent, redimerentur, & negle-
 dus Dei cultus in pristinum revocaretur.

§. CXVII.

*Fleurii Abbatis sententia pro
commendis.*

Verum ut fiduciarias ejusmodi benefi-
 ciorum possessiones vindicemus, haud
 abs re afferre possemus, quod Abbates
 Regulares, excepto exiguo eorum nu-
 mero, qui sat austera disciplinam pro-
 fitentur, monasteriorum proventus forte
 K 5 haud